

PERICULUM  
STATUTORUM  
HARMONIE PRÆACTÆ

Præsentia Saxonum aliave Contermina Mari Bal-  
thico cum antiquis Teutonum statutis eatenus hoc  
confert, ut quæ processus rationem spectant passim absolvat,  
quomodove Majores nostri, rudes adhuc Romanarum lite-  
rarum, unicè vel paucissimis potius legibus quàm hominibus  
regi voluerint, & compendiosius, certius, plenius, ferè in  
terminis, *ut loquimur*, primo die statim singulas & omnes  
lites decidere potuerint; indè Romanorum leges Re-  
busp. nostris accommodatæ sint & accommodan-  
dæ declarare incipiat &c.

Occasione Juris Ditmarsorum  
Provincialis novissimi susceptam

ab

HENRICO GIESEBERTO

*En Patriæ leges! Turpe est, licet omnia noris,  
Si nescis Patriæ jura recepta tua.*



LUBECÆ excudit GOTTFRIED JEGER, M. DC. LII.  
Impressit JOHANNIS NAUMANNI Bishop, Hamb.

# HARMONICA RELATIO JURIS PROVINCIALIS DITMARSORUM NOVISSIMI

In qua exquisita hujus instituitur comparatio cum jure communi Divino & Humano, maximè Romano Cæsareo, Teutonico, tum etiam antiquioribus hujus populi vicinorumve statutis, imprimis cum Teutonum antiquis & Saxonici Superioris, Inferioris, omnisve reliqui Maris Baltici Circuli præcipuis præsentibus legibus specialibus (*in præfatione ordine relatis*) deniq; ex recentissimis Practicorum scriptis, *erueno quod consonum illi vel alienum usubinc inde receptum*, illa declaratio adjicitur; ut indicis locum in occurrentibus materiis super illa statuta specialia & communia, & Doctorum scripta passim tenere possit.

adornata

Autore HENRICO GIESEBERTO,  
horis subcivis, quantum subtrahere potuit rusti-  
cis aliisque curis, Feddringi Ditmarsorum.


Præliminaria, quæq; spectant publica Sacrorum & Magistratum & forma-  
lia seu ordinem processus judicarii absolvit hæc nova Legum acies; quam sequun-  
tur conclusiones seu Resolutiones singularium quorundam casuum super jure Re-  
conventionum, Sportularum seu Decimarum Actionis, Sacramentalium & alia-  
rum materiarum hæc pertinentium, cum Rerum, Verborum, Locorum  
ex statutis declaratorum indisibus diversis.

---

LUBECÆ,

Typis GOTTFRIEDI JEGERI, ANNO M. DC. LII,  
Impensis JOHANNIS NAUMANNI Bibliop. Hamburg.





# HENRICI GIESEBERTI PERICULI STATUTORUM PRACTICI INTRODUCTIO I



Ditmarsia in Cymbrica Chersoneso antiquorum & in hodiernorum inferioris Saxoniae Nordalbingia sita ad Albis & Eidoræ fluviorum ostia, Oceano passim etiam terminatur circa Occidentem, circa Orientem vicinos Holsatos habet; Stormarfos circa meridiem (a.) denique circa Septentrionem per Eidoram à Frisiis Borealibus (b.) separata & à Gotis Australibus (c.)

## SUMMARIÆ.

1. Ditmarsiae situs loci & termini.
2. Holsatorum item Stormarforum Vicinorum jura provincialia & Municipalia.
3. Eiderstadiensium Frisorum & Borealium praesentia, tum generaliter omnium antiqua jura circa Caroli M. Imp. & sequentia tempora.
12. Slesvicensis Goti australes à Borealibus distincti.
14. Goti & Juti eadem natio per distinctionem Orientalium & Occidentalium, Australium & Borealium à Svecorum & Danorum Imperio divisa.
15. Fridricopoleos jus Municipale unde & quando cepit.
19. Gotorum Dantæ Lovvbook seu legum liber, unde & ubi observatur.
- A. Situs loci sub 54. gradu latitudinis, longitudinis 30. existens, & caetera vulgaria apud Historicos & Cosmographos occurrunt ubivis: Nec de Holsatis & Stormarfis plura referre attinet, nisi quod provinciales